

habet patronus ex dispositione iuris, & honor in processione, qui debetur sue personæ, iuxta cap. nobis. §. finali, de iure patronat. licet temporalia sint, non possunt vendi. Ratio, quia hoc ius ita est annexum iuri patronatus, ut non possit ab ipso abdicari, nec est perpetuum, sed tunc, cum patronus deuenit ad inopiam. Sic Panorm. cap. praterea, el. 2. sine, de iure patr. & ibi Capra, & ibi Sarra. Rochus de iure patr. verbo, & vtile. g. 1. Lambert. dicta g. 3. art. 15. vbi addit, quod, postquam deuenit ad inopiā, quia alimenta dantur mensatim, vel annuatim, vel in pecunia partim, & partim in aliis rebus, talia percipienda ab Ecclesia, poterunt per patronum alicui locari pro tanta pecunia; quia tunc non abdicaretur ius alimentorum à iure patronatus, nec alimentaretur patronus per mediam personā, sed venderet annua percipienda pro prædictis, ut inde emerent alimenta ad libitum.

3 Tertia conclusio. Ultra hæc alimenta, non potest patronus ab Ecclesia exigere aliquid seruitium, vel aliquid temporale, scilicet censum, vel aliquid grauum inferre, nisi concurrant duæ conditiones: altera est, quod in limine foundationis, & non fat est postea, id apposuerit: altera, ut interuenierit licentia diocesani. Patet ex cap. praterea, el. 2. de iure patr. vbi id tenet glossa, Panorm. & omnes, ut refert, & sequitur Lambert. de iure patron. lib. 1. p. 1. g. 9. art. 1. n. 81. vsque ad 85. Sarra & Paulus de Citadinis, quos refert ibi glossa cap. si quis basilicam, de consecr. dist. 1. & cap. sic quidam 10. g. 1. Bald. c. ian Bertholdus, de sent. & re iud. Stephanus Cai. cap. fin. de elect. in 6. Rochus de iure patron. verbo, pro eo, quod, g. 12. & verbo vtile, quest. 2. Syluest. verbo, ius patronatus, quest. 3. vbi Angel. num. 23. Arm. n. 11. Tabien. quest. 21. Perez lib. 1. ordin. tit. 6. l. 1. fol. 147. pag. 1. Quod amplius confirmatur ex Trid. sess. 25. cap. 9. de reform. vers. patroni autem vbi præcipitur patronus beneficiorum cuiuscumque ordinis, & dignitatis, ut nullatenus, nullāve causa, vel occasione se ingerant in perceptione fructuum, proventuum, vel obuentium quorumcumque beneficiorum, sed illos liberè Rectori, vel beneficiario, non obstante quacumque consuetudine, distribuendos dimittant. Et sess. 22. de reform. c. 11. dicitur, quod incurrant eo ipso excommunicationem, & eo ipso iure priuati existant iure patronatus, si aliter fecerint. Et id notat Spino dicta glossa 4. n. 7. & sess. 24. de reform. c. 3. sic dicitur: Patroni verò in his, que ad sacramentorum administrationem spectant, nullatenus se presumant ingerere, nec visitationi ornamentorum Ecclesie, honorum stabilium, seu fabricarum proventibus se immiscant, nisi quatenus id eis ex institutione, & fundatione competat, sed Episcopi ipsi faciā, & fabricarum redditus in usus Ecclesie necessarios, & vitales, prout sibi expedire visum magis fuerit, expendi curent.

4 Amplia conclusionem, ut possit patronus in limine foundationis de licentia Episcopi reseruare aliquid seruitium, non tantum sibi, sed etiam alteri: textus est, & ibi colligit Panorm. cap. quanto, de consuetu. notab. 1. Rochus supra verbo, & vtile, quest. 2. Barbat. consil. 23. volum. 1. Lambert. dicta quest. 9. art. 1. num. 86.

5 Secundò ampla, ut non solum possit patronus reseruare sibi aliquid annuatim soluendum, sed etiam, quod fructus Ecclesie, quando contigerit illam vacare, ad se spectent. Sic glossa cap. generalis, verbo fundatione, de electione

in 6. Rochus ibidem, Lambertin. eodem articulo. 1. num. 87.

Tertiò in quantum dicit conclusio, nil posse accipere, nisi reseruauerit in limine foundationis, intellige, nisi consuetudo haberet clerū dare aliquid præsentanti, licet temporale, vel aliquos cereos certa die, tenebit enim talis consuetudo. Sic Lambert. lib. 3. de iure patr. g. 3. art. 16. Quod intelligi debet de consuetudine immemorabili: nam aliam consuetudinem reprobat Concilium Trid. sess. 25. cap. 9. de reform. vers. Patroni autem, quia tunc credendum est, in ipsa fundatione fuisse sibi legitime reseruatum. Hinc

Inferitur primò, quid sit respondendum Comiti 7 de Monte Regio, qui habet ius præsentandi ad beneficia sui status, & ex singulis præsentationibus exigit vnum marcum, id est, 65. argenteos, & eius Secretarius vna dobla, id est, viginquinque argenteos, & octo marauetinos; & præter hæc curari prædictorum beneficiorum soluunt lingulis annis certum quid, quod vocant iura patronatus, ut quatuor faneallitici, &c. Dicitur enim est, quod si extat consuetudo immemorabilis (ut fertur extare) & Comes implet obligationes patroni, quas de iure habet, potest tutā conscientia exigere. Nec obstat Trid. sess. 24. de reform. cap. 14. quod videtur in oppositum, & derogat consuetudinē contrariam, etiam immemorabilem; quia Concilium solum videtur loqui cum Episcopis, quibus præcipit, ut diligenter cognoscant de talibus consuetudinibus, & illis tantum exceptis, quas, ut laudabiles, probauerint, reliquis aboleant. Ex quo dat intelligere, quod potest id aliquando iuste introduci, & immortalis consuetudo regulariter præsumitur iusta. Vnde dum Episcopus eam non condemnauerit, non est cur condemnet confessor. Ita subscripserunt nonnulli docti recentiores.

Secundò inferitur, quod nec pro expensis factis in lite super ius patronatus potest patronus exigere aliquid à præsentato, aliās esset simonia.

Tertiò inferitur, populum habentem ius patronatus non potuisse exigere à presbytero cereos in recognitionem ius patronatus, ex quo illud non fuit sibi reseruatum tempore foundationis. Sic Panorm. d. cap. praterea, per illud c. Lambert. de iure patr. lib. 1. p. 1. g. 9. art. 1. n. 81. Sylu. Ang. Arm. vbi supra.

Quartò inferitur, quod si patronus in testamento mandauit, Ecclesiam construere, & reseruauit aliquam pensionem filiis annuatim soluendam, si Episcopus non consensit, non poterit filij eā exigere. Sic Lambert. eodem art. 1. n. 83. dicens, esse omnium. d. cap. praterea, & ibi tenet Panorm. & Sylu. dicta g. 3.

Limitanda tamen est tertia conclusio posita, in quantum dicit, posse patronum in limine foundationis reseruare sibi aliquid de consensu Episcopi, ut intelligatur, quando dedit dorem pinguem, & superabundantem, secus, si tantum dedit necessariam ad sustentationem ministrorum. Sic Lambert. dict. art. 1. n. 92. Rochus de iure patr. verbo, & vtile, g. 2. Paulus de Citadinis de iure patr. 6. p. art. 4. g. 11. Panorm. c. 1. de censib. Syluest. verbo ius patr. g. 3. Angel. num. 23. Tabien. quest. 21. Arm. num. 11.

Secundò limita, quando pensiones, vel alia grauamina imposita essent moderata: si enim Episcopus concederet in limine foundationis pensionem immoderatam patrono, vel ex postfado inciperet multum grauari Ecclesia, potest reduci ad debitam moderationem. Sic Panormitanus & Cardin.

Cardin. cap. praterea, el. 2. de iure patr. Lambert. dicto art. 1. num. 93.

13 Tertiò limita, nisi ex necessitate dotaret quis Ecclesiam, quia scilicet ad id teneretur, ut quia promissit, &c. tunc enim non potest imponere aliquid onus. Sic Lambert. dicto art. 1. num. 94. 95.

14 Quartò limita, nisi census, seu onus imponeretur super manso Ecclesie, id est, super fundo, quo fundata est Ecclesia, vel super fundo, ex quo habetur panis, & vinum, vel super loco, in quo cadauera mortuorum sepeliuntur, id est, cœmeterio; non enim teneret reseruatio, etiam de consensu Episcopi; quia hæc loca debent esse libera. Sic Lambert. alios referens, & textus dicto art. 1. n. 88. 89. 90.

15 Quarta conclusio. Quando locus religiosus, scilicet monasterium, in proprio solo propriis expensis Ecclesiam construxit, habet in eo omnia temporalia, sicut Episcopus omnia spiritualia, cap. cum & plantare, §. & in Ecclesia, de priuileg. & cap. 1. de capel. Monach. & nihilominus habet dictus locus ius præsentandi, cap. sicut, de suppl. neglig. Prælat. Sic Syluest. verbo ius patronatus, g. 3. Angel. ibi num. 23. Armil. num. 11. Tabiena quest. 21.

16 Quinta conclusio. Licet aliqui sentiant, quos refert Lambert. vbi infra, non posse patronum vendere hunc censum, quem in limine foundationis reseruauit sibi; quia est coniunctus cum iure patronatus: at multò verius est, posse vendi cuiuscumque laico, etiam sine diocesani licentia. Ratio, quia est merè temporale, & separatim hoc à iure patronatus, & non est, sicut ius alimentorum, & honoris, quod non posse vendi dixi in secunda conclusione; hoc enim onus est iure communi coniunctum cum iure patronatus, illud verò tantum abest, ut sit coniunctum, ut sit contra ius commune, & ideo diximus, esse necessariam licentiam diocesani ad imponendum; & potest, ut diximus, patronus, non tantum sibi, sed etiam alteri, hunc censum reseruare; ergo non est coniunctus cum iure patronatus. Sic Syluest. dicta quest. 3. & Angel. num. 23. Butrio, Cardin. Panorm. Capra, cap. praterea el. 2. de iure patr. Lambert. de iure patr. lib. 3. g. 3. art. 17. vbi addit num. 6. quod si Ecclesia velit emere, præferretur cuiuscumque emptori.

17 An verò possit patronus in limine foundationis quascumque alias condiciones apponere, ut, quod capellanus sit ad nutum amobilis, dixi supra lib. 2. cap. 1. dub. 10. de accept. person.

18 Vltima conclusio. Si quis promitteret patrono pensionem, si ipsum præsentat ad beneficium, est manifestā simonia, ut constat ex supradictis; at si patronus haberet iustam causam retinendi pensionem pro se, vel aliquo suorum, posset petere à Pontifice Romano, vt concederet eam pensionem super illo beneficio, cuius est patronus; sicut posset petere super quocumque alio beneficio. Et ita facit quotidie Rex Hispanie in Episcopatibus. Et in hoc casu non datur beneficium pro pensione, nec patronus præsentat illum pro ea pensione, licet non præsentaret, si nollet consentire pensionem. Nec est dicendum, quod in hoc casu præsentatus promittit patrono pensionem pro beneficio, sed vult patronus impetrare à Papa pensionem illam moderatam ex pingui beneficio, quandoquidem habet iustam causam ad id; & quod beneficiario remaneant reliqui redditus, siquidem sunt sufficientes, vt supponimus; quia alias non

esset iusta pensio. Quòd, si non fuerit contentus beneficiatus, patronus quaeret alium, qui sit contentus illis redditibus; non tamen potest fieri pactum, quod præsentatus soluat pensionem illam, interim, dum literæ Romæ expediuntur, & veniunt, vel quòd fiat collatio beneficii per ordinarium, & postea contentus, vt impetretur pensio à Pontifice; sed esset in vtroque casu manifestā simonia, cum ante beneplacitum Papæ executioni mandaretur pactum, vt dixi supra dub. 39. Sic docti iuniores.

DVBIUM LIII.

Quid sit ius patronatus laicum, siue seculare, & Ecclesiasticum, seu patronus laicus, & Ecclesiasticus, & qualiter inter se differant.

Dico primò, patronus laicus, siue secularis, seu ius patronatus laicum, seu seculare est, quando quis Ecclesiam fundauit ex suo patrimonio; vel ius habet ab eo, qui eam de patrimonio, & bonis patrimonialibus construxit. Vnde non refert, patronum esse Clericum; siquidem & is patronus laicis annumerabitur, si ius hoc nactus fuerit ratione proprii patrimonij. Sic glossa cap. cum dilectus, de iure patron. vers. laicus, & Clem. 2. eodem tit. vers. Presentare. Spino speculo testam. glossa 4. num. 15. Perez lib. 1. ordin. tit. 6. l. 2. fol. 150. Rebuff. praxi benef. 3. part. signatura, verbo, Necnon, & ius patronatus, num. 7. Couar. pract. cap. 3. h. 6. num. 2. Lambert. de iure patron. lib. 1. part. 1. quest. 1. art. 5. Rochus eodem tract. verbo ius, quest. 7. Syluest. verbo, ius patronatus, quest. 6. dicto 2. Angel. ibi num. 27. Tabien. ibi sine. Panorm. cap. eam te, & cap. illud, de iure patron. Gregor. Lopez 17. vers. Cabildo, tit. 15. p. 1. & l. 13. vers. Eno por razon.

Secundò dico, quòd patronus Ecclesiasticus dicitur, quoties ex Ecclesia bonis, id est, bonis beneficiorum, Ecclesia constituitur, vel dotatur, aut ratione Ecclesie, aut Ecclesiasticæ dignitatis competit alicui. Sic Rochus, Lambert. Couar. Perez ibi, Gregor. Lopez 13. tit. 15. p. 1. vers. Clerigo. Rebuffus supra num. 8. Felinus, quem ibi refert; Spino num. 16.

Hinc fit, quòd, licet ius patronatus laicum transeat in Clericum, non ex hoc Ecclesiasticum iudicatur, sed laicorum, quando non competit ratione dignitatis Ecclesiasticæ. Sic colligitur ex Doctores citatis pro secundo dicto, & tenet Spino supra num. 17.

Secundò fit, quòd, licet ius patronatus originem habuerit ex patrimonio alicuius laici, si tamen fuerit, vel ab initio, vel postea, donatione, testamento, vel alio quouis titulo, in Ecclesiam translatus, vel in Collegium Ecclesiasticum Canonicorum secularium, vel regularium, ita quòd ad id collegium pertineat præsentatio, dicitur, quoad omnia, ius patronatus Ecclesiasticum. Sic expresse colligitur ex cap. unico, §. finali, de iure patron. in 6. & tenent Sozinus, Felin. Parisius, quos refert, & sequitur Couar. d. num. 5. Gregor. Lopez 13. vers. Clerigo, Lambert. supra art. 8. & 9.

Tertiò dico, quando est dubium, si ius patronatus fundatum est à Clerico habente beneficiorum redditus, & bona patrimonialia, in fundatum fit ex redditibus beneficiorum, & sic fit Ecclesiasticum, vel ex patrimonio, & sic fit seculare; Bb 4 aliqui

aliqui dicunt, præsumi fundatum ex redditibus beneficij; quia hos tenentur Clerici in pios erogare vltus, deducta sustentatione. Sic Felin. *cap. ex literis, de constit. num. 3.* & concludit, in hoc esse cogitandum. At Rochus de iuripatrono. verbo *ius*, §. 4. dicit, hoc dubium esse decidendum, sicut deciditur dubium, an acquiritur a Clerico censentur in dubio acquiritur de bonis Ecclesie, vel de patrimonio in quo inquit, vera resolutio est, quod de vtriusque, & sic censentur hoc iuripatronatus mixtum, scilicet partim faculare, & partim Ecclesiasticum: nec curandum, inquit, est, quod maiores redditus percipiuntur de beneficio, quam de patrimonio, vel econtra; quia, quando plures fundant, vel dotant Ecclesiam, ita est patronus, qui confert plus, sicut qui minus.

Quarto dico, quod in dubio, an iuripatronatus sit acquiritur ex privilegio, vel donatione, &c. præsumitur, esse acquiritur ex constructione, donatione, vel fundatione. nam hic acquirendi modus est conformis iuri communi. Sic Panormit. Cassiodorus, Cardin. quos refert, ac sequitur Couar. *quest. pract. c. 36. num. 6. vers. Quarta.* Lambert. *lib. 2. quest. 6. part. 1. art. 6. num. 57.*

Quinto dico; quando iuripatronatus pertinet ad collegium, si maior, vel par numerus hominum collegij est clericorum, dicitur Ecclesiasticum; si vero maior pars est laicorum, dicitur faculare. Ratio, quia in priori casu collegium dicitur Ecclesiasticum; in posteriori vero faculare, vt dixi supra lib. 3. cap. 1. de iudicio, & alio iust. dub. 30. Sic Lignanus *cap. dilectus, el. 3. de præbend.* Felin. *cap. ex literis, de constit. num. 3.* Lambert. *de iuripatrono. lib. 1. p. 1. q. 1. art. 7.* licet Rochus de iuripatrono. verbo *ius*, §. 2. dicat, non attendi numerum personarum, sed esse Ecclesiasticum, licet plures laici sint.

Sexto dico, quod, licet aliqui dicant, esse iuripatronatus Ecclesiasticum, quod pertinet ad confraternitates, id est, *Cofradias*, laicorum, quoties fraternitas adheret alicui Ecclesie, à qua nomen accipit, & titulum, vt confraternitas sancti Petri, &c. Sic Lambert. *de iuripatrono. lib. 1. part. 1. quest. 1. art. 10. num. 4.* & Hieronymus Paulus in *pract. Cancell. vers. in causa mea Maioricensi*; at verius est, esse faculare, & laicorum, nam, & si hæc confraternitas causa pietatis instituta sit, & affixa sit alicui Ecclesie, ipsi tamen, ex quibus confraternitas constat, & ad quorum suffragia sit presentatio, sunt omnino laici, & ad hanc vniuersitatem laicorum presentatio pertinet, & non ad Ecclesiam, nec ad aliquam Ecclesiasticam dignitatem. Sic Felin. *tract. quando litere Apostolica, limit. 4.* Rochus de iuripatrono. verbo *ius*, quest. 7. principiis, quest. 3. *testoria, num. 17.* Couar. *quest. pract. cap. 36. num. 3. vers. septimo.*

Septimo dico, quod potissimè differentie inter iuripatronatus faculare, & Ecclesiasticum, sunt quatuor.

Prima, quoad derogationem, quia iuripatronatus laicorum solus Papa potest derogare, nec censetur derogare, nisi facta expressa mentione, quod ad laicos pertinet, nec clauditur in generalibus derogationibus, nec in generali reservatione beneficiorum; iuripatronatus Ecclesiasticus potest etiam Legatus à latere derogare, & clauditur in generali derogatione, & reservatione.

Secunda est, quod patronus laicus habet quadrimestre ad presentandum; Ecclesiasticus vero semestrem.

Tertia, patronus laicus, vbi semel presentauit, potest variare; at Ecclesiasticus non.

Quarta, quod Ecclesiasticus eligens scienter indignum, priuatur illa vice potestate presentandi, facularis vero non.

De tribus prioribus differentiis sigillatim agendum est dubiis sequentibus. nam de quarta late diximus supra lib. 2. cap. 1. de accept. person. dub. 6. Has differentias congerit Lambert. *de iuripatrono. lib. 3. quest. 10. art. 1.*

Nota cum Lambert. *de iuripatrono. lib. 1. part. 1. quest. 10. art. 3. num. 2.* quod hæc differentie aliquæ tendunt in fauorem patroni laici, & aliquæ in fauorem Ecclesiastici, & aliquæ in damnum; vt, quod non possit Legatus à latere derogare, nec Papa censetur derogare, nisi facta specialis mentione, nec clauditur in generali reservatione; & quod possit variare, est in fauorem patroni laici; in damnum vero ipsius est, quod habeat tantum quadrimestre ad presentandum; Ecclesiasticus vero habet in fauorem maius tempus, scilicet semestrem; in damnum habet, quod non potest variare, & quod Legatus à latere potest huic patronati derogare, & clauditur sub generali derogatione, & reservatione, & quod, si eligi indignum, priuatur illa vice iure presentandi.

Octauo dico, quod, vbi iuripatronatus pertinet simul ad Clericum ratione Ecclesie, & ad laicum ratione patrimonij, & sic partim est Ecclesiasticum, & partim faculare, licet quidam dicant, censeri Ecclesiasticum, etiam quoad derogationem, & alia. Sic Rota, Staphilæus, Panorm. Rochus, quos refert Couar. *vbi infra*; at dicendum est, censeri Ecclesiasticum, quoad privilegia, & commoda iuripatronatus Ecclesiastici, hæc enim, ratione communionis, fortietur patronus laicus, vnde habebit semestrem ad presentandum; at, quoad incommoda, & damna Ecclesiastici, vt, quoad derogationem, &c. censentur laicum, & faculare. Sic Lambert. *de iuripatrono. lib. 1. part. 1. quest. 1. art. 6.* Panorm. *cap. fin. de iuripatrono. Feder. Felin. Rochus, Cassiodorus, Gigas, Barbatius, quos refert, ac sequitur Couar. quest. pract. cap. 36. num. 5.* Rebuff. *tract. de nominat. quest. 15. num. 7. & 3. part. signatura, verb. necnon & iuripatronatus, num. 68.* Dominicus, & Francus *cap. vnico, ad finem, de iuripatrono. in 6. Gregor. Lopez l. 13. tit. 15. part. 1. vers. Clerigo.* Et, quod talis patronus laicus habeat ratione communionis semestrem ad presentandum, velut Ecclesiasticus, docent etiam glos. *cap. vnico, de iuripatrono. in 6. vers. Ecclesiasticus.* Syluest. *verbo iuripatronatus, quest. 6. dicto 2.* Angel. *ibi num. 27.* Tabicna *ibi in fine.*

Hoc tamen limita, nisi iuripatronatus ad vnum laicum, & ad duos clericos ratione Ecclesiarum pertineret, ita quidem, quod maior pars ex duobus Clericis, & potentius suffragium constaret, quoad presentationem, vt, quando iuripatronatus pertineret ad Decanum Ecclesie alicuius, & ad Priorem monasterij, & ad Petrum laicum; tunc enim censetur Ecclesiasticus, etiam quoad derogationem, Couar. *ibi*, alios referens; at quando pertinet ad duos laicos ratione patrimonij, & ad vnum Ecclesiasticum ratione Ecclesie, adhuc gauderet commodis Ecclesiastici patronatus, & haberet semestrem ad presentandum. Sic Lambert. *de iuripatrono. lib. 2. part. 2. quest. 1. art. 1. num. 1.*

Hinc inferitur, quod, si duo sint patroni laici, 13

&

& alter donet patronatum Ecclesie; alter laicus habeat semestrem, sicut Ecclesia, ratione communionis ad presentandum. Sic Lambert. *eodem lib. 2. part. 2. quest. 1. art. 5.*

14 Nono dico, quod patronus ex privilegio, si non constat ex eo, an sit laicus, vel Ecclesiasticus, censetur Ecclesiasticus, quoad prerogatiuas, & fauorabilia laicis; in damnosis censetur laicus: similiter, quoad prerogatiuas Ecclesiastici, censetur laicus; itaque habet damna vtriusque. Sic multos referens, & probans Lambert. *de iuripatrono. lib. 1. part. 1. quest. 10. art. 3. num. 3. ac num. 5.* excipit, posse variare: licet enim sit fauor laici; at competit etiam huic, quia procedit in eo eadem ratio, quæ in laico patrono; etiam enim hic potest variare, quia habet tantum quadrimestre ad presentandum. Cum ergo patronus ex privilegio similiter habeat tantum quadrimestre, poterit variare. Et *art. 9. num. 2.* dicit, quod similiter patronus ex præscriptione dicitur Ecclesiasticus in damnosis, & similiter secularis in damnosis, sicut diximus de patrono ex privilegio; & refert alios; & *lib. 2. p. 2. quest. 7. art. 18.* querens, an patronus ex præscriptione possit variare? respondet, quod si præscriptio possit variare, potest; si vero tantum præscriptio possit presentare, non potest variare; & in dubio non potest variare; quia præscriptio est strictissimi iuris, licet Spino *speculo testam. glossa 4. n. 77.* dicat, patronum ex præscriptione, vel privilegio posse variare.

D V B I V M L I V.

An possit derogari iuripatronatus ita, vt absque patroni presentatione, vel alij, quam presentato per patronum, possit beneficium conferri.

1 DE Legato à latere, an hoc possit, dicam *tomio sequenti*, vbi de potestate Legati de latere, quod patronatus Ecclesiasticus potest derogare, laico vero non; quando vero pertinet simul ad laicum, & Clericum, iam constat ex dubio precedenti, quod tunc non potest derogare, quia censetur laicus in his, quæ sunt fauorabilia laico, quale est hoc. Sic

2 Prima conclusio. Potest summus Pontifex derogare non tantum iuripatronatus Ecclesiastico, sed etiam laicorum. Sic glossa *Clem. 2. de præb. vers. Apostolicus.* Archid. *cap. pia. 16. quest. 7.* Innoc. Panorm. Felin. Rochus, Lambert. Ioan. Andr. Domin. Francus, quos refert, ac sequitur, dicens, esse omnium, Couar. *quest. pract. cap. 36. num. 1.* Perez *lib. 1. ordin. tit. 6. l. 2. vers. dubitatur tamen, fol. 149.* Gregor. Lopez l. 13. tit. 15. part. 1. *vers. maguer.* Rebuffus *benefic. 3. part. signatura, verb. Necnon, & iuripatronatus num. 30. & omnes.*

3 Secunda conclusio. Non censetur Pontifex derogare iuripatronatus laicorum, nisi id expressim ex literis contiterit. Sic Glossa, Perez, Gregor. Lopez, Couar. *ibi*, qui addit, sic propè omnium concordia sententia, quos prima conclusio citauit, definiti. Idem Lupus *allegazione 96.* Ioan. Andr. quem refert, ac sequitur Rebuffus *supra num. 5. 6.* Azebedo multos referens *lib. 1. recopil. tit. 6. l. 5. n. 2.* Spino *speculo testam. glossa 4. num. 44.* Menochius *confli. 9. num. 49. voluit 1.*

4 Vnde non valet prouisio beneficij facta à Papa, quando pertinet ad laicorum patronatum, si

non fiat talis derogatio. Sic Rebuffus, Azebedo, Spino *proxime citati.*

Nota, non fat esse, quod in literis fiat mentio, & dicatur, *ad cuiuscunque collationem. seu presentationem pertinet*; non enim adhuc comprehenditur beneficium, quod spectat ad presentationem laicorum. Sic Lupus, Dominicus, Ioan. Andr. Felin. Staphilæus, Barbat. Lambert. Anchar. Francus, quos refert, ac sequitur Couar. *eodem cap. 36. n. 1.* Rebuff. *supra num. 9. & 34.* Spino *num. 44.* Menochius, & Perez *ibidem.*

Immo, si est patronatus pertinens ad Regem, Ducem, Marchionem, vel Comitem, non fat esse, quod in literis fiat mentio patronatus laicorum, nisi fuerit adiectum, quod patronatus ad Regem, Ducem, Marchionem, vel Comitem spectat. Sic Lambert. Felin. Ioan. Lupus, quos refert, & sequitur Couar. *eodem cap. 36. num. 1.* dicens esse ad hoc regulam Cancellariæ 40. & *num. 4.* & Rebuff. *supra num. 61. 62.*

Vnde hoc discrimen passim constituitur inter patronatum Ecclesiasticum, & laicorum, vt priori derogatum censetur per collationem à Papa factam, etiam si nulla fiat eiusdem patronatus in literis mentio; posteriori vero non derogetur, nisi fiat mentio specialis. Sic Cassiodorus, Angel. Lambert. Rota. Felin. quos refert, ac sequitur Couar. *eo cap. 36. num. 1.* Perez *supra fol. 150.* Rebuff. *supra num. 6.* & dicit Couar. esse omnium, *cap. 2. de præbend. in 6.* & est pro hoc textus optimus *cap. super eo, de offic. delegati.* & addit Rebuff. *eo num. 6.* similiter non esse necessariam specialem patronatus Ecclesiastici mentionem, quando conferret beneficium Legatus à latere, qui potest tali patronati derogare.

Limita primò dicta, quando iuripatronatus competit ex fundatione, vel donatione, ne laici detrahantur à fundandis Ecclesiis; secus, quando competit ex præscriptione, vel privilegio; tunc enim valet collatio facta à Papa, vel Legato de latere, non facta speciali mentione huius patronatus; & hæc beneficia comprehenduntur sub generali reservatione. Sic Domin. Cardin. Lambert. Rochus, & innumeris alij, quos refert, ac sequitur Couar. *eo cap. 36. num. 6.* dicit tamen cum Rebuffo, quod in supremis tribunalibus Regiis non admittitur talis derogatio.

An verò sit necessaria hæc derogatio, quando beneficium patronatus laicorum erat litigiosum in curia, & alter, vel uterque litigator ibi moritur, vide Couar. *dicto cap. 36. num. 7.*

Secundò limita, nisi patronus non presentaret intra terminum: tunc enim cum collatio deuoluatur ad superiorem, valebit prouisio, non facta mentione iuripatronatus, vt dicemus *infra*, & tenet *ibi* Rebuffus *num. 16.* addens, idem esse, si patronus presentauit nulliter; valebit enim prouisio Papæ absque derogatione, quia non præiudicat patrono. Hoc additum ponit Rebuffus *ibi num. 19.*

Tertio limita, nisi Pontifex dispenset cum promoto ad Episcopatum, vt retineat beneficia, quæ prius obtinuerat; tunc enim nulla est opus derogatione, etiam si illa pertineat ad patronatum laicorum. Ratio, quia in hoc patrono laico nullum fit grauamen, & nullum damnum datur, quia patronus non habet presentandi ius, quoad effectum, donec beneficiu vacauerit; at Papa impedit per.

per dispensationem vacationem illam, & ideo nullam lesionem patronis infert, nec iuri praesentandi derogatur. Sic Felinus tract. quando litera Apostolica noceat patrono, limit. 5. Rebuff. supra num. 27. Rota, Staphileus, Rochus, Lambert, quos refert, & sequitur Couar. dicto cap. 36. num. 12. vers. 1. licet Aretinus, & quidam alij per hos citati contrarium scripserint, dicentes, hanc dispensationem non valere, nisi expressa fiat derogatio patronatus laicorum.

12 Tertia conclusio. Licet reservatio iure communi statutata cap. 2. de prob. in 6. de beneficiis vacantibus in curia, comprehendat beneficia iurispatronatus Ecclesiastici, & Clericorum; at non includit beneficia patronatus laicorum, & sic expressa derogatio est necessaria, ut valeat collatio. Sic Azebedo dicta l. 5. n. 5. Perez. dicta l. 2. fol. 150. Lapsus, Ioan. Andr. Card. Rochus, & multi alij, quos refert, & sequitur Lambert. & Couar. dicto cap. 36. num. 1. Spino speculo testam. glossa 4. num. 4. & addit Couar. num. 4. idem esse, si ex privilegio, vel praescriptione praesentatio ad Reges pertineat; & refert multos. An vero haec reservatio comprehendat beneficia patrimonialia, vel Canoniarum cathedralium, qui Theologiae Magistris, & Doctoribus iuris Pontificij sunt ex electione conferendi, si vacant in Curia; & quid sit in Curia vacare, vide Couar. eo cap. 36. num. 4.

13 Nota, quod quidam dicunt, quod licet haec reservatio iuris communis non includat beneficia patronatus laicorum, quoad tollendam patronorum praesentationem; at bene ea complectitur, quoad institutionem, quae Praelatis competit, quia illa petenda est a summo Pontifice. Sic glossa regulae Cancellariae 40. ad finem. Sed Couar. dicto c. 36. num. 5. initio, dicit, hoc esse verum in Episcopatus, Abbatis, Prioratus, Decanatus, & aliis dignitatibus; quae summo Pontifici reservantur per regulam 2. & 3. Cancellariae; in his enim patroni laici debent coram Papa praesentari; at in beneficiis minoribus, si pertineant ad iurispatronatus laicorum, vel alia ratione non comprehendantur reservationibus, praesentatio fieri potest apud Episcopum ordinarium, quia haec beneficia excepta sunt, & exempta omnino a reservationibus, & ideo nec quoad institutionem, nec quoad praesentationem sub eisdem continentur. Et sic (inquit Couar. ibi) receptum est in beneficiis patronatus laicorum, quae vacant in mensibus Apostolicis, vel per obitum illorum, quorum beneficia sedis Apostolicae vel iure communi, vel regulis Cancellariae, vel Extrinsecantibus constitutionibus fuere reservata: sit etenim praesentatio per patronum laicum Episcopo, & ab eo petitur, & fit institutio. Hae Couar. ibi. Et, quod haec reservatio mensium Apostolicorum non intelligatur de beneficiis patronatus laicorum, docet etiam Spino glossa 4. citata, in num. 90.

14 Hinc infertur, quod, licet Pius V. in suo motu proprio contra confidentias simoniacas, de quo supra dub. 34. reservet collationi Pontificis beneficia data in confidentiam, & quae talis simoniaca alias habebat; at haec reservatio non includit talia beneficia, si sint patronatus laicorum. Patet ex proxime dictis; ibi enim non facit specialem derogationem huius patronatus.

15 Quarta conclusio. Licet eo casu, quo ij, qui possident ius praesentandi, veri patroni non sint,

sed tantum possessio illis competat, non sit necessario facienda derogatio veri patroni; est tamen necessaria derogatio huius possessionis. Sic contra Staphileum dicentem, tunc nullam esse necessariam derogationem, tenent Felin. Lambert. Rochus, Decius, & alij, quos omnes refert, & sequitur Couar. quest. pract. cap. 36. num. 6. vers. Quinto.

Quinta conclusio. Licet aliqui dicant, quod institutio, vel collatio facta ab Episcopo de beneficio iurispatronatus absque patroni praesentatione, non est ipso iure nulla, sed annullanda; quare, si patronus non reclamet intra tempus iure concessum sibi ad praesentandum, est omnino firma; nec potest deinceps irritari; probant ex cap. illud, de iurispatron. sine, vbi non dicitur, esse irritam, sed irritandam. Item, quia, vbi actus annullatur in fauorem alicuius, intelligitur, si voluerit ille, in eius fauorem annullari, ut patet in emphyteuta non soluente canonem per biennium, qui cadit in commissum, intelligitur, si dominus voluerit. Sic tenent Felin. cap. cum Bertholdus, n. 8. de sent. & de re iudic. & refert Rotam, & alios. Spino speculo testam. glossa 4. num. 99. & 101. sine, cum alijs, quos refert num. 97. & Gregor. Lopez l. 5. vers. Non deue. tit. 15. part. 1. At omnino tenendum est, talem collationem esse prorsus irritam: ut expressè decreuit cap. decernimus, l. 6. quest. 7. & ad cap. illud, respondetur, quod est irritanda, id est, irrita denuncianda. Sic tenet Ioan. Andr. cap. 2. de officio vicarii in 6. Panorm. cap. illud, de iurispatron. n. 2. & cap. ex insinuatione, eodem tit. num. 3. & probat per illum textum, vbi obtinentes Ecclesiam patronatam sine consensu patroni dicuntur occupatores, & detentores; & cap. cum Bertholdus num. 13. de sent. & re iudicata. Perez lib. 1. ordinand. tit. 6. l. 1. fol. 144. pag. 1. §. offert se nobis. Syluest. verbo iurispatronatus, quest. 2. Arnil. & Tabien. num. 1. Angel. initio Lambert. de iurispatron. lib. 2. part. 1. quest. 6. art. 6. num. 7. Rochus eodem tract. verbo, honorificum quest. 1. Paulus de Citadinis eodem tract. 6. part. art. 1. quest. 1. num. 52. Immo de provisione facta a Papa dixit Rebuffo, & alijs, non praesentante patrono, esse nullam, in hoc eodem dub. post secundum conclusionem, & tenet latissime Lambert. lib. 3. quest. 1. art. 2. vbi ponit aliquas limitationes; & vide vnam dub. sequenti post primam sententiam.

Limita, nisi patronus non praesentasset intra tempus sibi praefixum; quia tunc deuoluitur collatio ad superiorem, ut infra dicemus.

Ultima conclusio. Licet Episcopus non possit disponere de beneficio patronatus sine praesentatione patroni, hoc intelligitur quoad hoc, vt non possit instituere; non autem, quoad hoc quod non possit statuere cum Capitulo, quod fructus primi anni beneficiorum vacantium conuertantur ad alium vsum; hoc enim potest facere, non requisito patrono, etiam laico. Sic Immo la cap. vnico, vt Eccles. benef. & ibi Innoc. in 6. Panorm. ibi n. 20. Lambertinus de iurispatron. lib. 3. quest. 2. art. 8. n. 8. & quamuis primo aspectu sibi videatur durum; at postea num. 11. conuictus auctoritate Innocentij hoc amplectitur. Fatetur tamen hi omnes, de honestate pretendendum esse consensum patroni; & ipsum posse ex iusta causa contradicere, & reuocabitur factum ab Episcopo.

Hinc fit, limitanda esse, quae diximus in hoc dubio, scilicet, non praesumi, Papam velle praedicare patronis laicis, nisi hoc exprimat, vt habeant

habeant locum, quoad dispositionem totius beneficii, nam, quoad dispositionem fructuum primi anni vacationis, bene in generali privilegio includerentur fructus beneficiorum patroni, etiam laici, quamuis non exprimat; quia, si hoc Episcopus potest facere cum Capitulo in generali eius constitutione, multo magis Papa in generali eius privilegio. Sic Lambert. eo art. 8. num. 10. Dicit tamen bene ibi num. 11. quod ad euitandum haec est bona cautela, ut statuat fundator de consensu Episcopi in limine foundationis, quod primi fructus per quamcumque constitutionem ad alium vsum, quam Rectoris, subtrahi nequeant; & tunc est clarum, Episcopum non posse praesudicare, nec Papam praesumi hoc velle, nisi exprimat.

D V B I V M L V.

An permutatio beneficii iurispatronatus laici, vel Ecclesiastici, facta sine consensu patroni, vel eo non vocato, sit nulla ipso iure, vel, eo contradicente, sit per sententiam rescindenda.

1 Pro maiori huius dubij claritate, sunt praemittenda duo dubia.

Alterum est, an, quando permutatur beneficium patronatus, requiratur noua patroni praesentatio, sicut requiritur, quando vacat per mortem. In quo dubio, omisissis sententijs, quas refert Lambert. de iurispatron. lib. 2. part. 1. quest. 6. art. 6. dicendum est, quod, licet, quando beneficium vacat per mortem, requiratur noua praesentatio patroni, at, quando vacat per permutationem, non est necessaria, sed eius consensus, quia eius consensus pro praesentatione habetur. Sic Felin. cap. cum Bertholdus, de sent. & re iudic. Rochus de iurispatron. verbo honorificum in principio. Rebuffus praxi benef. 5. part. signature, verbo, Necnon iurispatronatus, num. 42. Feder. Rota, Paulus, quos refert Lambert. dicto art. 6. num. 37. & post longam disputationem idem concludit ibi, num. 42. 43. Panorm. cap. cum dilectus, de iurispatron.

2 Nota, quod hic consensus potest esse ante permutationem, & post eam factam; & tunc reddet illam ita firmam, vt non possit patronus eam rescindere. Sic Lambert. dicto art. 6. n. 44. vbi multos refert: immo dicit, secundum omnes Doctores, fat esse consensum tacitum, dum omnes concludunt, quod si patroni intra terminum iure statutum ad praesentandum non contradixerint, tacite consentiunt, & manet omnino firma talis permutatio. Idem Couar. pract. cap. 36. num. 9. vers. His denique, in fine, vbi haec dicit, si post scientiam huius permutationis non contradixerit patronus intra tempus ei ad praesentandum iure praefixum, sit omnino firma talis permutatio, & sic dicit, esse receptum frequentissimo Doctorum iudicio.

3 Aduertit tamen Lambert. num. 45. quod si patronus intra talem terminum moriatur, & sic videatur tacite consentiendo decedere; at id non est dicendum in praedictum successorum; & sic potest successor in patronatu in tempore, quod decerat defuncto ad contradicendum, contradicere.

4 Alterum dubium est, an consensus hic patronorum in permutatione requisitus sit omnium, nullo discrepante, vel tantum maioris partis. Aliqui distinguunt, & dicunt, quod, si permutatio

fiat pro necessitate, vel vtilitate Ecclesiae, tunc fat est consensus maioris partis: si vero fiat pro vtilitate personarum, tunc, si patroni praesentent, vt Collegium, requiritur consensus omnium; si vero praesentent, vt singulares persona, fat est consensus maioris partis. Sic Ioan. Andr. Anchar. Feder. Paulus, quos refert, ac sequitur Francus cap. vnico, de verum permur. in 6. num. 6. & Cardin. quest. 4. Clement. vnica, eodem tit.

At Lambert. dicto art. 6. a num. 87. reprobat hanc distinctionem; quia consensus patronorum in permutationibus habetur loco praesentationis; ergo, sicut in praesentatione sufficiunt vota maioris partis omnium, non respectu minorum partium, eodem modo dicendum est, in permutatione fat esse consensum maioris partis patronorum, siue patroni praesentent, vt singuli, siue vt Collegium; & eodem modo quo computantur voces Collegij pro facienda maiori parte in praesentationibus meris, de quo infra; eodem modo computantur in praesentatione consensus permutationis. Addit tamen Lambert. ibi, esse necessarij omnes patronos vocandos, siue vocatione speciali, siue per edictum generale; quia non vocatus posset de contemptu agere.

Circa dubium ergo principale propositum 6 sunt aliquot, in quibus omnes conueniunt.

Primum, in quo omnes conueniunt, est, quod, si patroni sint Ecclesiastici, & permutatio fiat per Papam, vel Legatum a latere, est valida sine consensu patroni, nec potest ipso contradicente rescindi; quia hi possunt disponere ad libitum de beneficijs talis patronatus, & illi derogare, vt dixi dub. praeced. Sic Lambert. dicens esse omnium, d. art. 6. num. 48. Vnde hoc dubium habet locum, quando patroni sunt laici, vel mixti, scilicet partim laici, & partim Ecclesiastici; hi enim consensus laici quoad hoc, vt dixi dub. 53.

Secundò certum est, quod, si talis sit causa permutationis faciendae, vt possint iure cogi patroni illi consentire, & sic ipsi iniuris possint fieri, etiam per ordinarium, tunc valida, & firma est absque ipsorum consensu, vt patet; siquidem ipsis iniuris potest tunc fieri. Lambert. num. 51.

Sed, quando possunt cogi patroni consentire, Lambert. dicto art. 6. num. 49. 50. dicit, patronos laicos, vel mixtos ex laicis, & Ecclesiasticis non posse compelli, nec per Episcopum, nec per Legatum a latere, nisi, urgente necessitate, & vtilitate Ecclesiae in casu strictissimo, vt, si talis esset persona, quae ad Ecclesiam patronatam proponeretur per permutationem, absque qua plebs, & Ecclesia pateret in maiori parte bonorum, vel in conscientijs, vt quia ibi esset haereticus, vel bona occupabantur ab aliquo, cui nullus, nisi illa, posset resistere; & hoc, nisi patroni allegarent aliam causam magis urgentem, & num. 59. dicit, quod, si patronus sit Ecclesiasticus, fat est omnis necessitas, vel vtilitas Ecclesiae, vt possit Episcopus facere permutationem patrono iniuto.

At alij non ita strictè loquuntur, sed dicunt, 10 quod, quando permutatio est vtilis Ecclesiae, si patronus sine causa contradicat, potest, ipso iniuto, fieri per Episcopum. Sic Rota, quem refert, & sequitur. Felinus cap. eum accessissent, de consue. num. 20. & ibi Panorm. num. 5. Ioan. Lupus rubric. de donat. §. 22. num. 6. Rebuff. praxi benef. tit. de permur. n. 22. & dicit sic iudicandè totum senatum Parifien

Parisienfem; & 3. part. *signatur*, verb. *Necnon iuris patronatus*, num. 41. & refert Staphilurum; & addit, quod oportebit prius audire patronum, & causam contradictionis. Feder. *tract. de perm. quæst. 24.* Dominicus *confil. 50.* Pro hac parte est Couar. *quæst. præf. cap. 36. num. 4.* vbi relata Lambert. sententia, & distinctione per eum posita, quando est patronus laicus, vel Ecclesiasticus, hæc dicit: *Cui distinctioni non refragabor, nec ita stricte causa necessitatem, vel utilitatem exigam, modo hoc constat, non aliter hanc permutationem, in iuris patronis, validam fore, quam, si ea facta sit in Ecclesia magnam utilitatem; id enim videntur Doctores concedere, præsertim Panorm. cap. cum dilectus, de iure patronat. Cardin. Clement. unica, de verum perm. quæst. 4. Bellamera *decif. 181.* & alij plerique. Hæc Couar.*

11 Tertiò certum est, quod, quando sine consensu patroni laici sit permutatio, vel etiam Ecclesiastici, quando non fit per Papam, vel Legatum à latere, qui tali patronatui potest derogare, & non est casus, in quo talis patronus potest cogi consentire, vel talis permutatio est irrita ipso iure, vel cassanda per sententiam, si patronus reclamet intra tempus concessum ad præsentandum. Et sic Couar. *ditto cap. 36. num. 9.* & Lambert. *ditto art. 6. num. 35. 34. 35.* dicunt, in hoc omnes conuenire.

12 Nota, quod Felin. *tract. quando licet Apostolica nocent patrono, ampliat. 9.* ponere videtur differentiam inter beneficia iurispatronatus laicorum, quando commutatio fit auctoritate Papæ; dicit enim, esse tunc omnino firmam, licet nulla mentio fiat de tali patronatu. Sed illum reprehendit Couar. *num. 9.* & dicit, non valere, quoties non valeret, facta auctoritate ordinarij, & esse rescindendam, quoties facta auctoritate ordinarij rescinderetur. Idem Lambert. *lib. 2. de iure patronat. 3. part. quæst. 9. art. 12.* Paulinus citatus per Couar. *Lap. allegat. 96. num. 4.* & ratio est, quia, licet Papa possit tali patronatui derogare; at non censetur id facere, nisi exprimat, vt dixi *dub. 54.*

13 Tota ergo difficultas est, an talis permutatio facta absque patroni consensu sit ipso iure irrita, vel sit valida, donec, patronò reclamante, rescindatur.

Duplex est sententia.

14 Prima dicit, esse irritam ipso iure. Ratio, quia in permutatione est vera vacatio beneficij patronatus, & vera institutio, seu collatio; alias is, cui confertur per permutationem, esset intrusus; at institutio, seu collatio beneficij patronatus, sine consensu patroni, est ipso iure irrita, *cap. decernimus, 16. quæst. 7.* ergo. Sic Rebuff. *praxi benef. tit. de perm. num. 11.* Calder. *confil. 1. de verum perm. Bellamera decif. 179.* Paulus de Citadinis *de iure patronat. 6. part. art. 9. quæst. 52.* Stephanns Caietan. *cap. fin. de elect. in 6. Perez lib. 1. ordin. tit. 6. l. r. fol. 144. §. offert se nobis. pag. 1.* Lambert. *de iure patronat. præmissa longa disputatione, lib. 2. part. 1. quæst. 6. art. 6. num. 61.* vbi addit cum Paulo de Citadinis, posse patronos auctoritate propria expellere illum, sicut intrusum, & alium præsentare. Et *num. 62.* hoc limitat, quando patroni fuerunt spreti, quia scilicet Episcopus sciebat, Ecclesiam esse patronatam; si verò non sunt spreti, quia id Episcopus, & permutantes ignorabant,

tunc non est irrita, sed illis reclamantibus, est irritanda. Et *num. 64. vsque ad 68.* limitat etiam, nisi patroni fuerint vocati, nam si fuerint vocati simpliciter, & non comparuerunt ad contradicendum, at contradixere intra terminum præfixum ad præsentandum, non dicitur nulla, sed annullanda: sed si fuerint vocati peremptorie, id est, cum præfixione termini, si infra terminum non comparuerunt, & Episcopus instituit, non possunt etiam in residuo temporis dari ad præsentandum contradicere, & se opponere; quia sicut patroni vocati simpliciter, non comparentes intra terminum iure concessum ad præsentandum, dicuntur tacite consentire, qui tacitus consensus habetur pro præsentatione, ita vocati peremptorie permittendo labi tempus præfixum, dicuntur consentire tacite. Hæc Lambert. *ibi.*

15 Quòd si opponatur huic sententiæ, quòd hæc permutatio fuit nulla; ergo non firmatur per consensum patronorum postea superuenientem, per *cap. audite, de elect. quod enim ab initio non valuit, non firmatur tractu temporis, cap. non firmatur, de regul. iuris, in 6.* quòd tamen est contra dicta, & contra omnes. Respondet Lambertin. *num. 70.* quòd non firmatur, prout ex tunc, sed prout ex nunc, & non ex solo tractu temporis, sed ex nouo consensu superueniente, quia, cum duo debeant concurrere, scilicet consensus Episcopi, & patroni, iam illè aderat, hie tantum deerat, eo adueniente, remanet actus perfectus.

Hinc inferitur limitatio ad id, quòd diximus *suprà dub. 54. num. 16.* nempe, institutionem Episcopi factam sine præsentatione patroni esse nullam, vt intelligatur, nisi patronus infra tempus à iure datum ad præsentandum non contradixerit, tunc enim tacite consentire videtur; & in hoc casu fac est, si consensus patroni præsetur ante, vel post institutionem; & sic collatio Episcopi conualidatur, non, prout ex tunc, sed, prout ex nunc absque alia collatione Episcopi in futurum faciendæ. Episcopus enim non potest facto suo contrauenire, nec etiam patronus, quia iam lapsum est suum tempus, & facta est ad Episcopum deuolutio. Sic Panorm. *in disputat. Angerio, dubio 2.* Sarra *cap. illud, de iure patronat. Felin. cap. cum Bertholdus, de sent. & re iudic. Lambert. de iure patronat. lib. 2. part. 3. quæst. 2. art. 2. à num. 24. vsque ad 38.* inclusiue, vbi dicit, idem procedere in omni casu, in quo ferer deuolutio ad Episcopum, vt, quando deuoluitur eo, quòd patronus præsentauit indignum (de quo diximus *suprà lib. 2. cap. 1. dub. 6. de accept. person.*) nam firmabitur collatio facta per Episcopum sine patrono; quia militat eadem ratio.

Secunda sententia probabilior docet, quòd 17 est valida ipso iure, sed postea, reclamante patrono, intra tempus à iure concessum ad præsentandum, rescindenda. Nec obstat *cap. decernimus, 16. quæst. 7.* vbi dicitur, esse nullam institutionem factam ab Episcopo sine patroni præsentatione, quia illud loquitur de collatione voluntaria; secus de necessitaria. Hanc tenent Immoia *cap. fin. de verum perm. Gregor. Lopez l. 2. tit. 6. part. 5. vers. Non valeria.* Francus *cap. unico, de verum perm. in 6. num. 7.* & ibi Anchatan. Spino *speculo testament. glossa 4. num. 101.* D. Anton. 3. part.

3. part. *lit. 35. cap. 3. §. 1. quæst. 18.* Federic. *tract. de perm. benef. quæst. 30.* Rora, & Alexand. *de Lantila, quos refert Lambert. de iure patron. lib. 2. part. 1. quæst. 6. art. 6. num. 3.* Felin. *cap. cum Bertholdus, de sentent. & re iudic. num. 15. vers. similia quintò,* & Panormit. *quem ibi refert Cardin. Clement. 1. quæst. 4. de verum perm. Dominic. cap. unico, ad finem, eodem tit. in 6.* Rochus *de iure patron. verbo honorificum, quæst. 3.* Et hæc est communis sententia, vt refert, & cum ea manere videtur Couar. *quæst. præf. cap. 36. num. 9.* & Rebuff. *praxi benef. 3. part. signat. verbo, nec non iuris patronatus, num. 43.* dicit cum Bellamera *confil. 6.* quòd de generali consuetudine Ecclesiæ quasi omnes Episcopi tales expediunt permutationes absque patroni consensu, & ipsi patronis non vocatis; quæ præscriptio, inquit, valet.

DVBIVM LVI.

An quando beneficia patronatus permutata sunt sine patronorum consensu, possint patroni ad ea beneficia alios præsentare, vel ipsi permutantes necessario ad priora beneficia restituendi sint.

1 Si conclusio. Si permutantes fuerint in culpa, quia scilicet sciebat, beneficia esse patronatus, possunt patroni ad ea beneficia alios præsentare, cum verè vacauerint; si verò vacauerint culpa, quia ignorabant, licet, patronis contradicentibus, non teneat permutatio; at non possunt alios præsentare, sed permutantes restituantur ad priora beneficia; res enim, quæ culpa caret, in damnum vocari non debet. Sic Archid. & Dominic. *cap. nemo, de elect. in 6.* Lambert. *de iure patron. lib. 2. part. 1. quæst. 6. art. 6. à num. 74. vsque ad 87.* vbi addit, quòd, si ordinarius fuit etiam in culpa, quia sciebat, etiam punietur.

2 Limita primò conclusionem, quando patroni reuocantur eam culpam ad eorum iniuriam, sed si de ea non curantur, & sic alios non præsentantur; poterunt permutantes redire ad priora beneficia; quia punitio oritur ab iniuria illata patronis. Sic Lambert. *ibi.*

3 Secundò limita, nisi permutarunt sub conditione, si placeat patrono, & non aliter, tunc enim non incident in penam, licet potuerint habere copiam patroni; si verò non potuerint habere copiam copiam, quia erat in longinquis partibus, fac est, ne incident in penam, permutare sub dicta conditione, licet non addant, nec aliter. Sic Lambertin. *ibi.*

DVBIVM LVII.

An possit resignari, vel vniri alteri beneficii patronatus absque consensu patroni, vel Rector ponere vicarium in beneficio patronatus.

1 DE resignatione diximus *suprà lib. 2. cap. 2. dub. 29. de beneficiis.* Sic

Prima conclusio. Non potest per Episcopum vniri beneficium aliquod alteri absque consensu illius, qui habet ius conferendi, eligendi, vel præsentandi, siue sit patronus Ecclesiasticus, siue laicus. Sic glossa Clement. *finali, de reb. Ecclesiæ. Tr. Sanchez, Confil. moral. Tom. I.*

vers. Rector. & ibi Abbas, & Cardin. & Panorm. cap. cum accessissent, de constitut. Socius confil. 1. lib. 3. Rochus de iure patronat. verbo honorificum, quæst. 3. Lambertin. eodem tract. lib. 3. quæst. 6. art. 2. Decius confil. 174. Couar. præf. cap. 36. num. 11. Nauarr. dicens esse nullam talem vnionem, & referens Rotam lib. 3. confil. tit. de iure patron. confil. 3. num. 2.

Secunda conclusio. Talis vnio fieri potest auctoritate summi Pontificis, modò fiat expressa mentio patronatus laicorum, quoties per vnionem tollitur ius præsentandi, vel eidem derogatur. Sic Lambertin. & Couar. *ibi,* dicens communem.

Tertia conclusio. Rector Ecclesiæ patronata potest absque patroni consensu vicarium temporalem, vel ad vitam ipsius Rectoris, constitutur: in hoc enim non præiudicat patronatui; at non potest absque consensu patroni, etiam auctoritate Episcopi, vicarium perpetuum constitutur, esset enim grauis læsio patronatus. Sic glossa *cap. ad hac, de offic. vicar. & ibi Doctores, Cardin. Clement. unica, quæst. 12. de offic. vicar. Henticus, & Panorm. cap. penult. de iure patron. Couar. d. cap. 36. num. 10. vers. 10. Rochus dicta quæst. 3. Lambert. lib. 3. quæst. 5. art. 7.*

An verò possit Episcopus concedere Ecclesiam, seu bona eius loco Religioso, seu pio, vt conuertantur in præbendas, & seruiant in illius necessitates, consule Lambertinum *eodem lib. 3. quæst. 6. art. 4.* vbi contra aliquos dicentes, id posse sine licentia patroni, quia non damnificatur, cum possit præsentare ad præbendas, tenet cum aliis, non posse, nisi pro constitutione vnus præbendæ de voluntate Rectoris, & Episcopi pro aliquo ordinando ad titulum illius Ecclesiæ; iuxta *cap. postulasti, de iure patron. possit enim id, etiam inuito patrono, fieri.*

DVBIVM LVIII.

An possit pensio constitui super beneficio patronatus absque consensu patroni laici.

ALiqui affirmant, posse constitui à Papa sine consensu patroni, quia per hanc pensionis constitutionem nulla læsio datur patrono, quòd ad ius præsentationis, cum integrum ius sibi maneat ad præsentandum. Sic Rebuff. *praxi benef. 3. part. signat. verbo, Nec non iuris patronatus, num. 28. & 48. Gigas de pensio. quæst. 23.*

At dicendum est, requiri patroni laici consensum: nec sufficere beneficiarj, seu Rectoris voluntas, vt pensio perpetua, scilicet ad vitam pensionarij constituatur. Ratio, quia non patrum derogatur iuri præsentandi, si redditus beneficij, ad quod præsentario competit, diminuatur: vnde erit necessaria specialis derogatio patronatus laicorum in literis Apostolicis, in quibus super tale patronatus beneficium pensio constituitur, vt docet Gigas *de pensionibus, quæst. 24.* Et hoc maxime habet locum, quando pensio constituitur in titulum beneficij; tunc enim est propriè beneficium, vt dixi *suprà dub. 46.* Est autem iusta causa, vt pensio super tale beneficium iurispatronatus laicorum imponatur, etiam siue consensu patroni laici, causa dirimenda C c lris.

litis inter duos presentatos a patronis discordibus. Hac omnia docet Couarr. *quæst. prat. cap. 36. num. 10.* ubi est videndus, quando in supremo Regio tribunali hæc pensiones non admittuntur concessæ a Papa in præiudicium patronatus laici.

DVBIVM LIX.

An tempus, quod habet patronus Ecclesiasticus, & laicus ad presentandum, computetur a die vacationis beneficii, an a die scientie vacationis; & ita non currat patrono ignorantis hoc tempus.

Supponendum est, quod patronus laicus habet quadrimestre ad presentandum, clericus vero semestris, ut expressè definitur *cap. unico. §. verum, de iure patron. in 6.* cuius differentie duplex esse potest ratio.

Prima, quod patronus laicus eligens indignum non priuatur potestate eligendi, qua tamen priuatur Ecclesiasticus, ut dixi *supra hoc lib. 2. dub. 6. de accept. person.* & ideo maius tempus conceditur Ecclesiastico, ut magis deliberet, ne contrahat penam. Hanc assignat glossa *cap. cum vos, de offic. ordin. versic. minus*, licet eam reprober Lambert. *lib. 2. de iure patron. 2. part. quæst. 1. art. 1. num. 7.* ubi dat

Aliam rationem; quia secularis patronus potest variare, non autem Ecclesiasticus; & ideo huic maius tempus conceditur.

2 An verò, quando sunt plures patroni Ecclesiastici, vel plures laici, vel æquales, vel sunt patroni ex privilegio, vel prescriptione, vel est dubium, an sint patroni laici, vel Ecclesiastici habeant semestris ad presentandum, dixi *supra dub. 5.*

3 Secundo supponendum est, quod patronus in limine foundationis potest cum consensu Episcopi, & non absque eo, apponere conditionem, ut hi patroni habeant maius tempus, vel minus ad presentandum, quia cum consensu Episcopi potest apponere conditiones contrarias iuri communi, ut dixi *supra dub. 10. accept. person.* Sic Lambert. *de iure patron. lib. 2. part. 2. quæst. 1. art. 7. num. 2. & art. 6. num. 2. 3. 4.* dicit, hoc etiam posse consuetudinem præscriptam, licet aliquantulum dubitet, & relinquat cogitandum.

4 An verò habens instituire possit breuiare terminum hunc, ponendo edictum, ut intra tale tempus, v. g. duorum mensium patroni compareant: vel, quando maior pars patronorum, vel Collegij, quando Collegium est patronus, volunt breuiori tempore presentare, consule Lambert. *d. quæst. 1. art. 18.* Molinam *lib. 2. de primogen. cap. 14. num. 19.*

5 Tertio supponendum est, quod, patrono negligente presentare intra tempus dictum (vel mortuo sine successore, addit Gregor. Lopez *ubi infra*) ius providendi deuoluitur ad superiorem, ad quem spectat institutio. Patet ex *cap. si verò, cap. cum propter, cap. eam te, de iure patron.* Sic glossa Clement. *unica, de supplem. negligent. prat. versic. provisionem.* Panormit. *cap. 1. vers. Quarto* et *3. de elect.* Gregor. Lopez *l. 13. tit. 15. part. 1. vers. à meno*; Rebuff. *praxi benefic. 3. part. signat. verbo Nec non iuris patronatus, num. 18.* Spino *speculo*

testament. glossa 4. num. 19. & 18. & refert multos. Syluest. *verbo in patronatus, quæst. 2.* Amill. & Tabien. *ibi num. 1.* Angel. *ibi initio.* Lambertinus *d. q. 1. art. 9. num. 38.* ubi bene explicat, quod, quando fit deuolutio ad superiorem ex negligentia patroni, vel ex controuersia non finita intra tempus limitatum, iuxta dicenda *infra*, per superiorem, non tantum intelligitur Episcopus, sed omnis, qui habet instituire in illo beneficio, vel iure ordinario, vel ex privilegio, vel prescriptione, licet sit Episcopo inferior: & refert Lapum. Si verò Episcopus est negligens, vide *infra dub. 6.*

Nota primò, quod, transacto hoc tempore, immediatè transferitur potestas ad superiorem; nec est opus requirere patronum. Sic Panorm. *cap. unica, de Ecclesiastica benef. num. 9.*

Secundo nota, quod propter transitum termini non priuatur patronus iure amplius presentandi, sed tantum pro ea vice; & sic, quando postea vacauerit, presentabit. Sic alios refert Spino *dicta glossa 4. num. 20.*

His suppositis dubium est, quando incipiat currere tempus hoc datum à iure patrono ad presentandum, iure longius, vel breuius datum à consuetudine, vel fundatore. scilicet, an à die vacationis, vel à die notitiæ, & scientiæ, & an impedito, vel ignorantis currat.

Duplex est sententia.

Prima ait, currere à die vacationis, & sic ignorantis patrono, & legitime impedito currere. Probatur ex *cap. 2. de supplem. neglig. prat. ibi, Nisi prædicta persona infra tempus constitutum ad vacantes Ecclesiæ, & cap. 2. §. cum verò, de concess. prebend. ibi, Ecclesia vacare contigerit; & cap. eam te, de iure patron. ibi, infra sex menses postquam vacauerit.* Item quia Papa non statuit hoc tempus in penam negligentie patroni; in hoc enim casu intelliguntur iura in contrarium citanda, quæ requirunt scientiam, sed ne diu beneficia vacent, & Ecclesiæ defraudentur ministerio. Sic etiam videtur probari ex *cap. cum propter, de iure patron. ubi habetur*, quod, quando pendet lis inter patronos super iure patronatus, Episcopus liberè ordinabit, lapsò tempore ad presentandum iure statuto, & tamen litigans impeditur presentare, *cap. ex literis, de iure patron. & cap. 2. de in integr. restitut.* Ergo tempus currit impedito. Sic tenent Panormitan. *cap. eam te, de iure patron. & cap. unica, num. 9. de Eccles. benef. Perez lib. 1. ordin. tit. 6. l. 2. versic. quero vterius, fol. 153. pag. 2.* Decisio Rotæ, quam allegat Lambert. *ubi infra num. 2.* Archid. *cap. statutum, versic. vacauerit, de prebend. in 6.* Lambertin. *late probans de iure patronat. lib. 2. part. 2. quæst. 1. art. 8. & num. 11. & num. 18.* dicit, esse communem sententiam, & hodie ita feruari, quia per ordinationes non admittitur ignorantie, vel impedimenti allegatio, sed, elapsò tempore, prouident; & quod iura contrarium probantia, non currere ignorantis, vel impedito, loquuntur de tempore dato ad eligendum, vel conferendum, quia iure ordinario hoc competit illis; secus de dato ad presentandum, quia, quod patroni presentent, est ex gratia. Et *art. 15. sine* dicit, quod, si beneficiarius est absens in longinquis partibus, ex quo patronus habet iustam ignorantie causam, non currit ei tempus; secus, si patronus esset absens, qui debebat relinquere œconomum. Et *art. 20. num. 3.* limitat etiam, nisi beneficiarius occultè renunciasset

renunciasset beneficium, & renuncians adhuc maneret in possessione, vel si fuit occultè priuatus, ita vt ignoraret patronus; quia non tenetur diuinae patronus, & sic non currit ei tempus, nisi, cum viderit Ecclesiam verè vacare, & sic à tempore mortis illius, qui possidebat.

10 Secunda sententia probabilior docet, tale tempus currere à die scientiæ, & sic non currere patrono ignorantis, vel impedito. Ratio, quia hæc tempora currunt tantum negligentibus, vt notatur *cap. ne pro defectu, de elect. cap. 2. de concess. prebend. cap. quia diuersitatem, sine, eodem tit.* Nec est verum, non in odium, & penam patroni, sed tantum in Ecclesiæ fauorem, ne beneficia diu vacent, statuum esse hoc tempus; quia, si hoc esset verum, non statueretur diuersum tempus patronis laici, & Ecclesiastici. Probatur etiam ex his, quæ dixi *supra hoc lib. 2. cap. 1. dub. 32. de accept. personarum*; ubi late probauit, tempus datum à iure non currere ignorantibus, & impeditis. Nec obstant iura adducta in contrarium; quia debent intelligi à die vacationis, supple, & scientiæ, vt probatur ex dictis. Immo Rochus *ubi infra* dicit idem, licet fundator dixisset, *infra tot menses à die vacationis, quia suppletur, & scientiæ, vt in simili dixi eo dub. 32.* Nec obstat etiam *cap. cum propter*, allegatum pro parte contraria; quia est casus specialis, eo quod in eo casu non constat, quis sit patronus; & ideo ius concedit deuolutionem ad Episcopum, secus, quando constat. Sic respondent Panorm. *cap. cum propter, de iure patron. ubi late probat, & tenet hanc sententiam.* Idem decisio Rotæ, quam refert Lambert. *supra, num. 3.* Syluest. *iura patronatus, quæst. 6. dictio 1. Lapus allegat. 78.* Archid. *cap. licet, de elect. in 6.* Ioan. Andr. *cap. finali, de iure patronatus, Beroius cap. quoniam, num. 4. eodem tit. Federicus consil. 129.* Spino *speculo testament. glossa 4. num. 21.* Tiraquell. multos allegans *de tractatu lignagior. §. 35. glossa 4. num. 7.* Cardinalis *cap. quia diuersitatem, de concess. prebend. Stephanus Caietanus cap. fin. de elect. in 6.* & dicit cum Lapo intelligi de scientiæ, & notitia vera, non interpretatiua. Firmianus *tract. de Episcopo, lib. 1. quæst. 7.* Rochus *de iure patron. verbo honorificum, quæst. 7. 28.* Paulus de Citadinis *cod. tract. 6. part. quæst. 24.* Addit Rochus idem esse, à die, quo scire debuit, & per ipsum sterit.

11 Hinc fit, quod, si patronus alleget ignorantiam, absentiam, vel impedimentum, vt morbum, quæ possint esse causa non presentandi, audiri debet, & admitti talis excusatio, vt probetur, licet præsumptio sit contra patronum. Sic Spino, alios refertens, *dicta glossa 4. num. 23.*

DVBIVM LX.

An, quando patroni litigant super patronatu, transacto semestri, vel quadrimestri iure illis concesso ad presentandum, deuoluitur collatio beneficii ad Episcopum, vel superiorem, qui habet instituire, vt dixi dubio præcedenti.

Sit prima conclusio. Quando patroni litigant super patronatu, si patronus est Ecclesiasticus, expectabit Episcopus lapsum sex mensium à tempore vacationis; & sic loquitur *cap. eam te, de iure patronat.* Si verò patronus sit secularis, Tb. Sanchez. *Consil. moral. Tom. 1.*

expectabit lapsum quatuor mensium; & sic intelligitur *cap. quoniam, & cap. cum propter, eodem tit.* Et ratio diuersitatis est, quia patronus Ecclesiasticus habet sex menses ad presentandum, laicus verò quatuor: vnde quique expectatur intra tempus sibi præfixum ad presentandum, quo transacto, potest superior, qui habet instituire, conferre beneficium, vt decernitur *eo cap. eam te, ubi quod ob patronorum dissensionem deferatur Ecclesiæ provisione.* Sic Panormit. *dicto cap. eam te, Gregor. Lopez dicens communem l. 1. tit. 15. part. 1. versic. Quarto.* Spino *speculo testam. glossa 4. num. 26.* Ioan. Andr. & Cardin. quos refert, ac sequitur Lambert. *de iure patron. lib. 2. part. 2. quæst. 1. art. 9. num. 5. & 6.* & numeris antecedentibus ponit alios intellectus, & concordias Doctorum ad hos textus, & eas reprobat.

Limita conclusionem, vt intelligatur, quando litigatur de ipso iure patronatus Ecclesiæ vacante; secus, si Ecclesia non vacet, nil enim deuoluetur ad Episcopum. Si autem lis mota est ante Ecclesiæ vacationem, & tantum durauit, vt, lite pendente, Ecclesia vacauerit, à die vacationis curret dictum semestris, vel quadrimestris, quo finito ante decisionem litis, deuoluetur institutio ad superiorem. Sic Hostiens. quem refert, ac sequitur Lambert. *dicto artic. 9. num. 8. & 9.*

Secunda conclusio. Quando Ecclesia vacat, & est certum, semper Ecclesiam fuisse liberam, si aliqui contendant, se esse patronos, potest Episcopus statim prouidere. Sic alios refertens Lambert. *eo art. 9. num. 11. 12. 13.*

Tertia conclusio. Quando est quæstio inter patronos, & Episcopum de idoneitate presentati, quia scilicet Episcopus dicit, non esse idoneum, licet duret lis vltia semestris, non prouidebit Episcopus, sed expectabitur finis litis, quia per presentationem est ius acquisitum presentato. Sic Lambert. *ibi num. 16.* & idem dicit esse *num. 29.* si talis quæstio esset inter patronos, vel ipsos presentatos de idoneitate alterius presentati, quia scilicet alter opponit, esse irregularem, &c. Secus dicit *num. 30.* quando esset lis inter presentatos, non ex vi forme presentationis, & idoneitatis, sed ex vi iuris patronatus, & iuris presentandi; tunc enim dicendum est, currere quadrimestre, vel semestris similiter, ac quando est quæstio inter ipsos patronos de iure patronatus.

Quarta conclusio. Quando constat, Ecclesiam esse patronatam, & tales patronos, & ex quo sunt discordes, quia diuiserunt sua vota plures presentando, & super hoc litigant de meritis presentatorum, & quis pluribus iuuetur suffragiis, ita, quod tota lis est de presentando vnum ex presentatis, non currit semestris, vel quadrimestris, sed expectabitur finis litis. Sic cum Hostiens. tenet Lambert. *dicto artic. 9. num. 20.*

Quinta conclusio. Quando patroni sunt certis, at litigant pro illa vice aliquos illorum perdidisse ius presentandi, vel in perpetuum, currit dictum tempus; quia perinde est, ac litigare, quod sunt patroni. Sic Lambert. *d. art. 9. num. 31. 32.*

Vltima conclusio. Omnia dicta in hoc dubio, si sunt plures patroni, habent locum, etiam si esset vnus patronus, & illi patrono attribuantur dicta.

Sic Ioann. Andr. & Cardin. quos refert ac sequitur Lambert. *4. art. 9. num. 37.*

DVBIVM LXI.

An tempore praefixo patronis ad praesentandum elapso, vel iure praesentandi patronis priuata, possit Episcopus illis concedere, ut praesentent.

- 1** **S**ic conclusio. Bene potest, quia hoc est in fauorem ipsius ordinarij. Sic Innoc. Host. Ioan. Andreas, Bald. & omnes, & refert, & sequitur Lambert. *de iure patron. lib. 2. p. 2. q. 1. art. 6. n. 4. & art. 27. num. 7.* Item *eo art. 27. num. 8.* dicit hoc posse etiam Capitulum sede vacante, quando ad ipsum deuoluitur. Et etiam hoc potest Metropolitanus, si Episcopus intra suum semestre fuit negligens in promouendo.
- 2** Limita conclusionem, nisi patronus sit priuatus illa vice iure praesentandi, eo quod praesentauit indignum, iuxta ea, quae habes supra *dub. 6. de acceptat. person.* non enim potest tunc Episcopus illum admittere, quia est poena; & si cum admittere ad praesentandum, liberaret eum a poena, quod solus Papa potest facere. Sic Lambert. *eo art. 27. num. 9.*

DVBIVM LXII.

An vltima die quadrimestris, vel semestris possit fieri praesentatio; & qualiter hi menses computabuntur? id est, quot dies pro singulis mensibus, an 30. vel 31.

- 1** **C**irca primum aliqui dicunt, non posse fieri praesentationem vltima die quadrimestris, vel semestris; quia post praesentationem debet fieri vocatio, *cap. fin. de elect. in 6.* quae nequit fieri intra terminum. Sic Paulus *Clement. 2. de iure patron.*
- 2** At contrarium est tenendum, quia aliis non esset verum, dari quadrimestre, vel semestre. Sic tenent Domin. *c. vnic. de iure patron. in 6.* Ioan. Andr. Cardin. Rota, & alij multi, quos refert, & sequitur Lambert. *de iure patron. lib. 2. p. 2. q. 1. art. 13.* Rochus *eo tract. verbo honorificum, quest. 3.*
- 3** Circa secundum supponenda est haec regula: Vbi lex disponit, vel statutum exprimit, a quo tempore incipiat mensis, ut quia dicit, facias, vel consentias infra mensem a die electionis, & sic demonstrat certum tempus, tunc accipitur mensis secundum quod occurrit in Calendario, & quod deficit de illo mense, accipietur de sequenti. v. g. electio debet fieri infra tres menses a die vacationis, & cessationis impedimenti, & talis dies fuit octauus Ianuarij; deficient ergo vsque ad numerum vndetiginta dierum, quibus constat Ianuarius, septem dies, septima dies Aprilis erit vltima trimestris; quia Ianuarius accipit a Februatio septem dies, & totidem Februarius a Martio, & totidem Martius ab Aprili. Et hoc etiam veniret in mense bissextili, quando sit computatio, quia ille dies non erit tollendus, sed tanquam alius dies computabitur; non enim propter hoc quod defecit illa dies in mense Februarij, Februarius accipiet a Martio sex dies, sed adhuc accipiet septem; quia dies, qui creuit Februatio propter bissextum, &

ipsius Februarij: & fiet computatio de momento ad momentum. Si vero ius, vel dispositio non exprimit a quo tempore incipiat mensis, tunc assumitur duodecima pars anni pro quolibet mense, & sic procedit *cap. licet, de supplen. neglig. praelat. v. g.* quando datur in priuilegio indulgentia vnus mensis, vel duorum, & sic vltimis, tunc habebitur pro indulgentia, duodecima pars anni, si est vnus mensis, & si sunt duo, sexta pars anni, &c. Sic Buttrio, Host. Ioan. Andr. *cap. licet, de supplen. neglig. praelat.* Domin. Ioan. Andr. Paulus *cap. quam sit, de elect. in 6.* super glossa in verba mensem, & Doctores omnes, ve refert, & sequitur Lambert. *de iure patron. lib. 2. part. 2. quest. 1. art. 14.* Rochus *cod. tract. verbo honorificum, quest. 51.* Et primum dicit etiam Syluest. *excommunicatio 9. excommunicatio. 32. quest. 3. §. 63.* nempe, quando statutum disponit, quod a tali die incipiat mensis, &c. licet *verbo atas, sine, discrepet, quoad mensem, in quo accidit bissextus; refert enim sententiam hic positam glossa cap. quam sit, de elect. in 6.* quod scilicet fiet computatio secundum quod menses occurrunt, & ipse dicit, quod in fauorabilibus in mense bissextili duo dies cedent pro vno; in odiosis secus, vnde, si dicatur, stet suspensus per mensem, die vltima Februarij, quando est bissextus, poterit celebrare.

Hac regula supposita, dicendum est, cum in casu nostro sit dies certus, a quo incipit semestre, vel quadrimestre, id est, secundum vniam sententiam a die vacationis, secundum aliam a die scientia; curret hoc tempus primo modo dicto, & vnus mensis supplebitur sibi de alio; cum tamen currat de momento ad momentum, est attendenda hora, ut finiatur tempus in praecedenti hora illius horae, qua vacauit Ecclesia, licet sit eiusdem diei. v. g. octaua die Ianuarij vacauit Ecclesia, finitur trimestre septima die Aprilis, vt dixi, poterit esse quod finiatur trimestre octaua die Aprilis, in praecedenti hora, qua vacauit octaua die Ianuarij. Sic Lambert. & Rochus *ibi.*

DVBIVM LXIII.

An, quando praesentatio non tenuit, quia praesentatus fuit indignus, vel non facta est coram legitimo superiori, vel praesentatus renunciauit, vel obijt, &c. habeat patronus integram tempus iure concessum ad iterum praesentandum.

1 **P**rimo dico: Si patronus praesentauit, at praesentatus non consensit, vel post consensum renunciauit praesentationi, vel obijt, antequam institueretur, habebit patronus iterum integram tempus ad praesentandum a die, quo noluit consentire, vel renunciauit, vel obijt, textus est in electione id definiti, *cap. si electio, de elect. in 6.* & extendunt *ibi* Ioan. Andr. Dominicus, & Francus allegans decisionem Rota, ad praesentationem. Idem Lambert. *de iure patron. lib. 1. part. 2. quest. 1. art. 17. num. 1. 2. 3.* Et patet, quia procedit eadem ratio; nam ratio illius decisionis est, vbi datur terminus ad aliquid agendum sub aliqua poena ratione negligentiae, sit est actura fieri, licet non fortiatu effectum ad vitandum poenam.

Nota, quod in eo textu limitatur, nisi fraudulenter fecerint, & sic dicit Lambert. *num. 6.* quod, si vltima

vltima die quadrimestris praesentauit, & ille non acceptat, ex hoc dicitur negligens, & ea transacta, non potest alium praesentare, quia poterat duos praesentare, vt si vnus non acceptaret, acceptaret alius; secus si ante vltimam diem, quia, eo non acceptante, adhuc supererat tempus ad praesentandum alium. At in patrono Ecclesiastico, etiam si vltima die praesentet, & alius non acceptet, habebit integram semestre, quia talis patronus dicitur eligere. Haec Lambert. *ibi.*

2 Secundo dico: Si praesentatio non tenet ob crimen praesentati, si est patronus Ecclesiasticus, & fecit scienter, non habet iam tempus; quia pro illa vice nequit praesentare, vt diximus supra *hoc lib. 2. tit. 1. dub. 6. de accept. person.* Si vero est laicus, cum, vt *ibi* dixi, non priuatur potestate, poterit iterum praesentare durante priori quadrimestri, non autem, eo elapso, quia paria sunt intra quadrimestre non praesentare, vel praesentare indignum. Vnde non repellitur eo, quod praesentauit indignum, sed quia non praesentauit intra quadrimestre. Sic Lambert. *lib. 2. part. 2. q. 1. art. 18.* vbi alios refert.

3 Tertio dico: Si praesentatio non tenuit, quia superior, coram quo patronus praesentauit, non erat legitimus, & transactum est tempus praesentandi; si ille erat, qui iure ordinario habebat instituire, vel erat in possessione, & vt talis communiter habebatur, poterit iterum praesentare, quia non fuit in culpa; secus non. Sic Lambert. *dicta quest. 1. art. 24.*

4 An vero, si patronus non eligit intra tempus, & eligit Episcopus; at electio non habuit effectum, an possit iam patronus praesentare; habes supra *dub. 6. de accept. person.*

DVBIVM LXIV.

An ut deuolutio non fiat ad superiorem, sat sit patronum intra tempus iure taxatum praesentare, vel etiam requiratur, ut praesentatus praesentetur superiori.

1 **S**ic conclusio. Requiritur etiam, vt praesentatus intra illud tempus praefixum iure patrono ad praesentandum, praesentetur superiori, vel saltem praesentetur ratificatio praesentationis; aliis deuoluetur collatio ad superiorem, vt late probat Lambert. *de iure patron. lib. 2. part. 2. quest. 1. art. 22. & art. 23.* concludit, quod patronus debet actualiter praesentare intra terminum praefixum a iure, & praesentatus consentire intra eundem terminum, aliis fiet deuolutio ad superiorem; at neuter istorum tenetur intra dictum terminum instare pro institutione, licet Rochus de Curte, & Lopus, quos *ibi* refert, afferant, teneri praesentatum consentire intra mensem numerandum a die praesentationis; sicut statuitur idem terminus electo ad consentiendum electioni, *cap. quam sit, de elect. in 6.*

2 Nota, quod licet superior, ad quem facta est deuolutio in beneficio conferendo, habeat semestre ad conferendum, *cap. nulla, de concess. praebend.* At in habente conferre ad patroni praesentationem nullus est terminus iure praefixus ad conferendum; quia in hoc casu non debet esse tempus ita prolixum, cum hic collator solum habeat examinare praesentatum per patronum. Sic Rota, vt

Th. Sanchez Consil. moral. Tom. I.

refert, & sequitur Panorm. *eo cap. nulla, Lambert. eo art. 23.* Syluest. *verbo ius patronatus, quest. 6. dicto 4.* Spino *speculo testam. gloss. 4. num. 95.* vnde dicunt Syluest. & Panorm. Remedium est recurrere ad superiorem, vt praefigat. At hodie per motum proprium Pij Quinti litatus est terminus duorum mensium a die praesentationis ad institutionem faciendam per Episcopum, vt notat *ibi* Spino.

An vero, quando patronus constituit procuratorem ad praesentandum, vel praesentat per literas, vel nuncium, vel amicum nomine eius, vel absentem, currat tempus praefixum iure patronis ad praesentandum, dicam infra.

DVBIVM LXV.

An patronus laicus possit variare, & Ecclesiasticus non possit.

1 **S**ic prima conclusio. Patronus secularis potest, post primam praesentationem, variare, & alterum praesentare, antequam institutio fiat ab Episcopo, & Episcopus eligit, quem velit; non autem post institutionem factam a superiori, quia tunc ius dicitur questum primo praesentato, *cap. si tibi absenti, de praebend. in 6.* At patronus Ecclesiasticus nullo modo potest variare. Haec conclusio habetur *cap. cum autem, & cap. pastoralis, de iure patron.* Cuius differentia duplicem rationem assignat Lambert. cum aliis, *de iure patron. lib. 2. part. 2. q. 7. art. 1.* quia scilicet Ecclesiastico datur maius tempus ad praesentandum; & etiam, quia Ecclesiasticum magis dederit instabilitas.

Secunda conclusio. Potest patronus Ecclesiasticus iterum praesentare, si actus praesentationis non fuit perfectus, vt si praesentatus est absens, & ignotus, non enim valet; vel si est notus, & nondum acceptauit, vel si est praesens, & noluit consentire, vel non est praesentata praesentatio ei, qui habet instituire, vel facta est per literas, quae non sunt praesentatae habenti instituire vna cum praesentato, vel per procuratorem, qui nondum perfecit praesentationem; quia in his casibus non dicitur variare, cum praesentatio non sit perfecta. Sic Lambert. multos referens *dicta quest. 7. art. 3. & 4.* & similiter dicit *art. 5.* cum Rocho, Cardin. & Zenzelino, posse nominare alium, quando primo praesentauit non potenti instituire; quia haec praesentatio fuit nulla.

Tertia conclusio. Vt patronus Ecclesiasticus dicatur posse iterum praesentare, nec id sit variare, sat est, si primo loco praesentatus in manibus suis renunciet praesentationi, licet non renunciarit illi in manibus Episcopi. Sic Lambert. afferens decisionem Rota, *de iure patron. lib. 2. p. 1. quest. 6. art. 4.*

Quarta conclusio. Potest patronus, licet sit Ecclesiasticus, simul praesentare plures, vt Episcopus eligat. Haec est contra glossam *Clem. 2. de iure patron.* & Lambert. *dicto lib. 2. q. 7. art. 8.* dicentes non posse Ecclesiasticum, quia esset variare. Sed probatur nostra conclusio, quia *d. Clem. 2.* indistincte dicitur, posse patronum praesentare plures. Item quia hoc non est variare, sed quando, facta iam prima praesentatione, & perfecta, praesentaret alium. Sic Card. & Immola *d. Clem. 2.* Rochus, quem refert, ac sequitur Greg. Lopez *l. 6. tit. 1. p. 1. vers. dos orres.*

5 Quinta conclusio. Patronus secularis potest variare, etiam post appellationem à primo nominato interpositam, eo quòd Episcopus non conferat sibi beneficium: restus est expressus *cap. pastoralis, de iure patronat.* & notat ibi Panorm. num. 3. Gutierrez. *de iuram. confirmat. 3. part. cap. 13. num. 9.* quòd ampliat num. 11. cum Panorm. & Ioan. Andr. & Paulus de Citadinis, quos ibi refert, etiam si primus presentatus appellauerit à patrono volente secundum presentare.

6 Sexta conclusio. Variatio, quæ conceditur patrono laico, intelligitur pro prima vice, & sic alium tantum cum primo presentato potest accumulare. Hec est contra aliquos dicentes, posse quoties voluerit, quia regula, quòd sermo locum prolati intelligitur de prima vice, habet locum in odiosis, & onerosis; at fauor Ecclesiarum est, vt possit patronus variando cumulare presentatus; quia eligit Episcopus digniorem. Hi sunt Decius *cap. quando, de iudic. n. 5.* Beronius *e. quod autem, n. 19.* de iure patron. Spino specul. testam. glossa 4. n. 75. glossa Clement. 2. *verf. plures, de iure patron.* Cardin. *cap. pastoralis, in fine, de iure patron.* & est probabile. At probabilior est nostra conclusio, quia sermo simpliciter prolatus intelligitur de prima vice, *hones. §. hoc sermo. ff. de verb. signif.* & illa gratia sepe est damnofa Ecclesiis, & non respicit tam vtilitatem Ecclesie, quam gratiam patronorum. Sic tenet Gutierrez. *dicto cap. 13. num. 3.* Gregor. Lopez l. 6. tit. 15. part. 1. *gloss. 1.* Calder. *consil. 16. de iure patron.* Lambert. *de iure patron. lib. 2. part. 2. quest. 7. art. 23. & lib. 1. part. 1. quest. 9. art. 2. num. 24.* Rochus eodem tract. verbo honorificum, quest. 10. num. 35. Ludouic. Gomez dicens communem *cap. in multis, de rescript. n. 35.* Felin. *cap. omnes, leges, 1. dist. Nauart. cap. plures, de parit. dist. 6. num. 170.* & est communis. Immo, quando fundator in limine fundationis reseruauit, vt patronus possit toties, quoties voluerit, amouere capellanum, intelligitur de prima vice, ne detur infinitas. Lambert. *de iure patron. lib. 1. p. 1. g. 9. art. 4. n. 15.* iuncto initio questionis.

7 Nota, quòd, licet presentatio nulla non computatur patrono Ecclesiastico, ad eò, quòd potest secundo loco presentare, & nõ dicitur variare; ita non computatur patrono laico; & sic ea non obstat potest bis presentare. Sic Lambert. *dicto lib. 2. p. 2. quest. 7. art. 11. fine.*

8 Septima conclusio. Possunt variare patroni laici, licet processerint per viam serutinij, serutinio etiam publicato: & si fuerint Ecclesiastici, possunt etiam ante presentationem factam: & si laici, etiam post, quia in priori casu non est presentatio perfecta. Sic Ioan. Andr. Cardin. Butrio, Panorm. *cap. publicato, de elect.* Lambert. 2. lib. part. 2. quest. 7. art. 4.

9 Octaua conclusio, quòd patronus laicus possit variare, intelligitur, modò non eligat minus idoneum. Probatur ex *cap. cum autem, de iure patron. ibi. & que idoneum;* & tenet lex 6. tit. 15. part. 1. & ibi Gregor. Lopez *verf. Peor.* Immo Lambert. *de iure patron. lib. 2. p. 2. g. 7. art. 25. n. 5.* dicit, quòd in foro conscientie peccat variando, presentando, æque idoneum sine causa, & teneri primo presentato æque idoneo, quia illum la sit in honore, & vtilitate; secus, quando plures simul presentat æque idoneos, quia nullus potest consequi: & idem videtur sentire Sarra *cap. cum autem, de iure patron.* Sed id non credo, quia talis patronus vitur iure

suo variando, & ea lege tacita presentauit, vt liceret ei variare: sed si variaret presentando minus idoneum, tenetur Episcopus primum instituire, nec datur optio. Lambert. *lib. 2. p. 2. g. 7. art. 26.*

Nona conclusio Ita licet patrono laico variare non priuatiuè, id est, recedendo à prima presentatione, sed cumlatiuè, id est, accumulando alium presentatum. Patet ex *cap. cum autem, de iure patron. ibi. Et eo non resuato alium.* & Item quia ibi datur optio Episcopo, vt eligat, quem malit ex his, ergo vtraque presentatio valet. Hæc est contra glossam *dicto cap. cum autem, vers. alium,* & Beroium *cap. quod autem, de iure patron. num. 8.* Sed nostram conclusionem tenent Panorm. *dicto cap. cum autem, n. 2.* Greg. Lopez l. 6. tit. 15. part. 1. *verf. Est eflogencia.* Syluest. verbo *ius patronat. g. 8. dicto 1.* Spino specul. testam. glossa 4. n. 75. Gutierrez. *de iuram. confirmat. 3. p. cap. 13. n. 4.* Rochus de Curte *de iure patr. verb. honorificum, g. 9. n. 30.* Paulus de Citadinis eodem tract. p. 13. n. 3. Lambert. dicens esse omnium Doctòrum vtriusq. e iuris, *de iure patron. lib. 2. p. 2. g. 7. art. 21. n. 5.*

Decima conclusio. Si patronus laicus secundo presentans dicat, se velle recedere à prima presentatione, quæ valida erat, addit Lambert. *ubi infra.* per alia signa id demonstrat, non valet secunda presentatio, quia non facta est conformiter iuri. Si verò tantum simpliciter presentauit, & non expressit priuatiuè, vel cumlatiuè (addit Lambert. nec aliàs apparet voluisse à prima recedere) Lopus allegat. 8. dicit, non valet, quia debet addere se presentare secundum cumlatiuè; at dicendum est valere, quia presentandum est voluisse presentare, vt ius sibi permittat, scilicet cumlatiuè, quia quilibet presentatur velle id, quòd iuris est, alio non apparente, *si duo. ff. de acquir. heredit.* Et quia in dubio faciendæ est interpretatio, vt potius actus valeat, quam precat. *cap. Abbat. de verb. signif. l. quævis. ff. de reb. dubijs.* Sic Gregor. Lopez, & Gutierrez. num. 4. 5. Lambert. art. 22. num. 6. Rochus verbo honorificum, quest. 13. num. 38. vbi citati sunt in precedenti conclusione, Paulus de Citadinis *de iure patron. 6. part. 2. quest. 6. num. 6.*

Nota, quòd Rochus ibi dicit, quòd, si patronus in presentatione secundi non simpliciter presentauit, sed dixit, se velle variare presentando, non valet secunda presentatio: & in hoc casu saluat sententiam Lapi allegat. 78. citatam, quia videtur tunc presentare priuatiuè. At hoc bene reprobat Gutierrez. *ibi in 6.* quia cum patrono laico liceat variare, licet in presentatione secundi dicat, se velle variare, dummodò expressè non recedat à prima presentatione, iure permittente id facit: & sic intelligitur velle variare eo modo, quo ius sibi permittit; idem tenet Paulus de Citadinis *ibidem.*

Vndecima conclusio. Non tantum patronus laicus potest variare, sed etiam eius successor in patronatu, quando scilicet, facta presentatione, moritur patronus laicus ante factam institutionem, eo scilicet tempore moriatur, quo ipse variare possit, tunc enim variare possit successor alterum cumlatiuè presentando, si vterque patronus laicus erat. Sic Panorm. & communiter scribentes, *cap. querimoniam, de iure patron.* vt refert, & sequitur Molina *lib. 1. de primog. c. 24. fine,* Lambert. *de iure patr. lib. 3. quest. 5. art. 1.*

Duodecima conclusio. Si patroni laici compromittunt presentationem in aliquem, & compromissa

promissarius presentat, non poterunt vterius variare; secus, quando constituitur procuratorem ad presentandum: nam procuratore presentante, possunt adhuc variare accumulatiuè. Ratio differentia, quia in compromissarios transferunt omnem ius suum irrevocabiliter pro illa vice, postquam res desit esse integra, iuxta notata *cap. in causis, de elect.* at non in procuratoribus enim gerit in omnibus personam constituitur. Sic Lambert. *lib. 2. de iure patr. p. 2. quest. 7. art. 15. num. 6.* At, re integrâ, id est, antequam compromissarius presentet, possunt tales patroni presentare. Sic Lambert. eodem quest. art. 17. num. 4.

Decimatertia conclusio. Ad videndum, an compromissarius patroni laici possit variare; sicut ipse patronus attendenda est forma compromissi, quia si tantum compromissa est presentatio, sicut factò hoc compromisso, & te non integra non possunt variare patroni compromittentes: ita nec ipsi compromissarij, quia apparet, de voluntate compromittentium fuisse, vt per definitionem compromissarii finiretur; & facit pro hoc Clemen. *plures, de iure patron. sine.* Si verò compromittentes non tantum compromitterent presentationem, sed generaliter concederent eis omnem facultatem, quam ipsi habent, possent variare, sicut ipsi patroni. Sic Lambert. eod. art. 17. num. 5.

Decimaquarta conclusio. Sicut patronus laicus potest variare, ita eius procurator: & sicut Ecclesiasticus non potest variare, ita nec procurator, licet sit laicus, quia id, quòd fecit procurator meus, ego dico fecisse, *cap. mulieres, de sentent. excom.* Sic Lambert. *de iure patr. lib. 2. p. 2. quest. 7. art. 12.* vbi alios refert; & idem dicit de cessionario, & art. 17. num. 1. & 2. Rochus *de iure patron. verbo honorificum, quest. 20.* Domin. *cap. lex est, dist. 2.* Felin. *c. cum venerabilis, in principio, de excess. Pralat. limitat* Lambert. *eo art. 17. num. 4.* nisi sit limitata potestas procuratoris, quòd possit semel presentare.

An verò, licet pendente inter presentatos, liceat patrono variare, consule Rochum *de iure patr. verbo honorificum, quest. 13.* Lambert. eodem tract. lib. 2. p. 1. quest. 6. art. 2. Couart. *tract. cap. 36. num. 7.* Et, quòd licet alter presentatus appellari, ne variet, possit variare, tenet Duchas *reg. 42. fallentia 7.*

D V B I V M L X V I.

An si vnus patronus est Clericus, & alter laicus, vel plures laici, vel ambo laici, possint omnes, vel saltem alter, variare.

1 Vidam dicunt, quòd, quando vnus patronus est laicus, & alter Ecclesiasticus, non possunt variare. Sic Ioan. Andr. quem refert, ac sequitur Panorm. *cap. cum autem, de iure patr.* Syluest. verbo *in iuramentum, quest. 8. dicto 2.* Gregor. Lopez l. 7. *verf. Clerigo,* tit. 15. part. 1. Spino specul. testam. glossa 4. num. 78. Gutierrez. *de iuram. confirmat. 3. p. c. 13. num. 10.* Paulus de Citadinis *de iure patr. 6. part. 3. num. 3.* Immo Rochus, Ioan. Andr. Lopus, quos refert, & sequuntur Gregor. Lopez, & Spino ibi, dicunt, quòd, si ambo patroni essent laici, & presentarent vnum, licet ambo simul possint variare; at alter solus nequit, quia vnus presentatus ab vtroque patrono est potior, quam presentatus ab vno.

2 At melius Lambert. *de iure patron. lib. 2. p. 2. g. 7.*

art. 13. dicit Clericum non posse variare; quia licet sit illi vtile, & sic ex communione deberet sentire hoc commodum; quia est prohibita illi variatio, tanquam indecens, & detestabilis, non fructur hoc commodo, at laicus potest variare, quia non debet sentire damnum, sed commodum ex communione Clerici, vt dixi *suprà dub. 53.* At non proderit talis variatio presentato in secundo loco, si desunt sibi vota necessaria; quia primus iuuatur pluribus suffragijs. Quare, si sint plures patroni laici, quam ecclesiastici, & variant laici, datur optio Episcopo, quia quilibet illorum presentatorum habet sufficientia suffragia, vt possit institui. Hæc Lambert. *ibi.*

Tandem nota, quòd Episcopus malitiosè differens receptionem primi nominati admittere, vt patronus variet, tenetur, si postea secundo nominato contulerit beneficium, providere primo nominato beneficium competens, & primò nominatus id petere potest ab Episcopo, vt in eo, in quo deliquit, puniatur, *cap. pastoralis, de iure patron.* vbi Glossa, & Panorm. declarant quòd prefaturus malitia in Episcopo idem tenet lex 6. tit. 15. part. 1. Gutierrez. *de iur. am. confirmat. 3. p. cap. 13. num. 7.*

D V B I V M L X V I I.

An quando vniversitas, vel collegium secularè habet in patronatus, possit variare.

1 Vidam negant; quia *cap. cum autem, de iure patron. sine,* videtur æquiparare Collegium patrono ecclesiastico. Sic Syluest. verbo *in iuramentum, quest. 8. dicto 1.* Militis in repertorio, §. patronus, *verf. sic.* Patronus laicum presentatum.

2 At dicendù est, posse, & c. cum autem, intelligitur de Collegio ecclesiastico: in hoc enim solo casu est patronatus ecclesiasticus, vt dixi *suprà dub. 53.* At non poterit maior pars Collegij variare accumulatiuè, bene tamen possit maior pars priuatiuè variare, scilicet recedendo à prima presentatione, & alium presentando, quando necessitas ad id cogit, vt, si inueniretur primus presentatus indignus; at verò ad variandum cumlatiuè requiritur, vt omnes, nemine dempto, consentiant. Ratio, quia ad contraveniendum statuto, vel alij factò Collegij, est necessarius consensus omnium, nisi addit causa necessariò cogens, quia tunc fat est maior pars, iuxta doctrinam Felini *cap. cum omnes, de conscri. fallentia 2.* & Lambert. *infra, c. cum ergo prior presentatio facta sit à Collegio, & non possit necessitas cogere ad presentandum cumlatiuè possit verò cogere aliquando ad presentandum priuatiuè, priori casu est necessarius consensus totius Collegij, posteriori verò fat est maioris partis.* Sic Lambert. *de iure patron. lib. 2. p. 2. g. 2. art. 16. num. 11. & quest. 7. art. 19. num. 2.*

D V B I V M L X V I I I.

An si patronus promissit presentare vnum, possit variare, si est patronus laicus.

1 Rimò dico, posse variare. Probatur, quia, si vnus presentato potest patronus laici variare; fortiori vno promisso. Item, quia variatio non recedit à prima presentatione, cum variatio cumlatiuè, & sic bene seruat fidem. Sic Ioan. Andr. quem